Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Buxtorf

Johannis Buxtorfi[i] Epitome Grammaticae Hebraeae : Breviter Et Methodice ad publicum Scholarum usum proposita ...

Editio Septima: Iuxta Exemplar Basiliens:, [S.l.], 1647

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485

Druck Freier Zugang

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0002
DFG

JOHANNIS BUXTORFI

EPITOME GRAMMATICAE HEBRÆÆ,

BREVITER ET METHODICÈ ad publicum Scholarum usum proposita.

ADJECTA SUCCINCTA DE Mutatione punctorum vocalium Instructio, & Textuum Psalmorumq; aliquot Hebraicorum Latina interpretatio,

Ut prompta sit juventuti, & ad manuum posita lectionu & exercitationu materies.

EDITIO SEPTIMA.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Juxta Exemplar Basilien.

M. DC. XXXXVII.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0003
DFG

NOBILISS. AMPLISS.
CONSULTISS. VIRIS,
DD.
CONSULIBUS ET SENATORIBUS INCLYTÆ REIPUBLICÆ Hammonensis in Westphalia, Moderatoribus prudentissimis, Gratiam & pacem à Deo Patre.

AD literarum sacrarum solidam intelligentiam, Viri amplissimi, nihil tam necessarium esse, quàm Linguæ sanctæ Hebrææ cognitionem, in confesso est apud omnes, qui non cortice tenus, sed profundiùs sacras literas tractant. Duo autem incommoda sunt, quæ ab ejus studio adolescentes sæpissimè avertunt, Præceptorum Prolixitas & Confusio. Illa nauseam & tædium, hæc difficultatem primo accessu insuperabilem objicit. Prolixitas per multivias & reciprocas ambages ferè fit: per quas in longum circumduci, summè tædiosum est. In maxima autem omnium rerum perturbatione expeditè progredi, operosius pro

ty-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0006
DFG

tyronibus negotium est. Quæ permistè implicita sunt, ea abrumpunt potiùs, quàm ut solvant. Hinc apud hos de profectu desperatio, apud alios contemptus linguæ oritur: alii magno labore vix mediocres, pauci solidos & ex profundo petitos, progressus faciunt. Hæc mala nunc ut cunq; depellere aggressus sum, propositis brevibus hisce & dilucidis de lingua Hebræa addiscenda Præceptionibus: brevibus quidem illis in se, usu verò amplis. Sic autem eas proposui, ut Philosophorum princeps decernit lib. 1. phys. cap. 7. cùm ait: ἔστι γὰρ κατὰ φύσιν τὰ κοινὰ πρῶτον εἰπεῖν ἕως, ὕστερον δὲ καὶ ἕκαστον ἴδια θεωρεῖν, *Secundum naturam est communia primùm dicere, tum propria & singularia cujusq; contemplari.* Et lib. 3. cap. 1. ὑστέρα γὰρ ἡ περὶ τῶν ἰδίων θεωρία τῆς περὶ τῶν κοινῶν ἐστι, *Propriorum contemplatio posterior est contemplatione communium.* Hoc secutus sum, quantum id instituti ratio nunc permisit. Brevia & plana tyrones, (quorum commodis nunc servire volui) pleniora provectiores Præcepta tractare debent. Fundamentum in plano solidè prius ponendum est, quàm implicita reliqui ædificii

moles superstruatur. Optatissimum verò commodum esset, ut, quemadmodum Latinæ & Græcæ, ita quoq; Hebraicæ Linguæ fundamenta, (ab iis saltem, qui Theologiæ studio & Verbi divini interpretationi aliquando operam locaturi sunt) in scholis trivialibus & gymnasiis jacerentur. Sic enim & ardentiùs & frequentiùs illius studium in Academiis excoleretur, & juventus solidiùs de sacræ scripturæ interpretatione judicaret. Quod ut magno juventutis, malo passim negligitur: ita summoperè ejus commodo consulunt illi, qui sic institutas Scholas habent. Inter hos, Vos Viri amplissimi & prudentissimi, verè commendandi estis, quòd hoc beneficium juventus vestra scholastica magno suo bono jam ante viginti annos habuit. Eo enim tempore D. GEORGIUS FABRICIUS, Scholæ vestræ tum Conrector, linguam Hebræam fidè & feliciter ibi docere cœpit, à quo & ego prima ejus principia addidici. Quod beneficium ego gratâ memoriâ recolens, has de Lingua Hebræa Præceptiones, sub Vestro nomine publicare volui,

volui, partim ut gratitudinem aliquo argumento testare, partim ut me patriæ Scholæ commodis inservire paratissimum, & maximè ut sanctæ hujus linguæ studium porrò quoq; in ea excolatur, & firmiùs implantetur, cupidissimum esse comprobarem. Nam certè, sicut Scholis corruentibus, Ecclesias eodem labefactatas motu, corruere necesse est, sic labantibus in Ecclesia linguis, puram sacræ Scripturæ interpretationem simul collabascere certissimum. Linguarum ignoratione, horrendæ tenebræ Ecclesiam Christi diu occupârunt; Linguarum dono lux Verbi divini Ecclesiæ restituta est. Hanc lucem ut studiosè conservemus, summo studio & opere laborandum.

Accipite ergo, Viri Amplissimi & Consultissimi, à me munus hoc literarum, benignè & clementer: exiguum quidem illud, si vel in se spectetur, aut cum Amplitudine & Dignitate vestra comparetur, at si ex animo & fine dantis, magnum. Non ex munere animus munerantis est æstimandus, sed ex animo munus. Deus Opt. Max.

Rempublicam vestram in pace & tranquillitate diu florentem, potenter conservet. Scholamq; & Ecclesiam omnis generis bono ubertim locupletur. Basileæ, 4. Maij, Anno post Christum natum M. DC. V.

V. A. Additiss.

M. Johannes Buxtorfius, Camennas VVestphalus, Linguæ Hebr. in Academia Basileensi Professor.

JOHAN-

Johannis Buxtorfi

LINGUÆ HEBRAICÆ

Sectio I.

JOHANNES BUXTORFIUS

LINGUÆ HEBRÆÆ

Studiosis S.

SApientum Hebræorum præceptum est, לְעוֹלָם יְלַמֵּד אָדָם לְתַלְמִידָיו בְּרֶךְ קְצָרָה, *Semper doceat homo discipulos suos viâ brevi.* Et Plutarcho in Phocione laudata similitudo est: ὡς ἡ τοῦ νομίσματος ἀξία, πλείονι ὄγκῳ βραχυτάτῳ δυνάμιν ἔχει: οὕτω λόγος δεινότης πολλὰ σημαίνειν ἀπ' ὀλίγων, *Quemadmodum nummismatis æstimatio & præstantia tanto major est, quanto in minore massa plus valoris continet: sic orationis illius vis & acumen majus est, quæ plurima paucis significat.* Sic certè in Scholis præstat paucis multa, quam plurimis verbis pauca docere. כִּי הַיּוֹם קָצֵר וְהַמְּלָאכָה מְרֻבָּה, Nam *dies brevis est, & opus multum*, ajunt Hebræi. Maximè verò ii, qui primùm linguam vel artem discere incipiunt, nec in prolixioribus, nec in gravioribus, quàm captus ingenii ipsorum ferat, sunt exercendi. Alioquin enim vires vel citò flaccescũt, vel oneri planè succumbunt. Habetis itaq; hîc brevissima de lingua Hebræa Præcepta, in quibus Grammaticæ fundamentum solidè sternitur. Ea tamen ne justo breviora existimetis, de paucis vos monere & instruere commodum judicavi, maximè quod Verborum tractationem attinet.

In Verbis primũ traditur analogia conjugangi

generalis, cui anomalia, tanquam ſpecies ſuo generi. poſtponitur, oſtenditurq; quot modis ea ab analogia recedat. Omnis autem anomalia fit duplici de cauſa: vel quòd Verbum conſtat ex aliqua quatuor literarum Quieſcentium אהוי, vel quòd literam in conjugando deficientem habet, unde Verba ipſa vel *Quieſcentia* vel *Defectiva* appellãtur. Quandoq; etiam duæ thematis literæ Quieſcentes ſunt, aut mixtim una Deficiens, altera Quieſcens. Ex his ultra triginta vulgò Grammatici faciunt diverſa genera, quæ per ſingulas Conjugationes traducta, labyrinthum conjugationum reciprocis ambagibus intricatiſſimum exhibent. Ex illis ſe abſq; tædio extricare, hoc opus hic labor eſt. Ego hæc omnia in ſex Generibus explico, compendio utili & neceſſario.

Quieſcentium primâ thematis literâ, duo vulgò ponunt genera, unum Verborum à י, alterum ab א incipientium. Prius genus recipio: De altero, quia ſpecialem ferè uni9 Temporis anomaliam continet, & quidem multa etiam in eo prorſus analogia ſunt, ſpecialem obſervationẽ pono cap. 13. Sunt qui tertium genus adjiciant Quieſcentium primâ ה ex unico exemplo הָלַךְ Ambulavit. Sed id præter omnem rationem fit. Nam quòd ab eo deducunt Infinitum לָכֶת Ire, Imperativum לֵךְ I, Futurum אֵלֵךְ Ibo, & הוֹלִיךְ Ire fecit, eorum thema eſt יָלַךְ cujus prima radicalis expreſſa in הוֹלִיכִי Abducito, Exod. 2, 9.

Defectivorum primâ thematis litera tria faciũt genera. Verborum ſcilicet vel à י vel à ל vel â נ incipien-

cipien-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0017
DFG

cipientium. Ex his posterius tantùm pro Genere accipio, Defectiva primâ ה quia pauca sunt, in Quiescentium genere per exceptionem explico cap. 23. & 24. Defectivorum primâ ל duo tantùm sunt exempla, לָקַח & לָתַע: Illud revoco ad classem Defectivorum primâ נ cap. 17. ab hoc tantùm unica vox usitata extat, נִתְּעוּ pro נִלְתָּעוּ Job 4,20. At ex his Genus fieri nec debet nec potest, cùm reliqua omnia à ל incipientia sint analoga.

Quòd verò etiam duo Genera constituunt Defectivorum tertiâ ה & נ, id fit ἀλόγως; Nam ea Verba non generalem alicujus Conjugationis, imò ne unius quidem integri Temporis, sed specialem paucarum vocum anomaliam continent, ideoq; specialiter ea explicatio cap. 13

Ex Verbis, quæ duarum literarum anomaliam habent, plurifaria ac multiplicia constituuntur genera, quorum quædam unico, pleraq; paucis exemplis comprehenduntur Ego hæc omnia sub Quiescentibus tertiâ ה & א explico Quam enim in prima vel secunda thematis litera anomaliam habent antè in illis Generibus explicata est, ac proinde inutilis tautologia foret, ea denuò repetere, aut tanquam nova, in specie falsò proponere. Cognitâ primùm simplici anomaliâ, quippe quæ generalis est, & naturâ suâ præcedit, duplex deinde anomalia in posteriore genere per se patet.

In Verbo נָתַן separata quoq; conjugandi forma ob duplicem ejus anomaliam à Grammaticis præscribitur. At cùm posterior ejus anomalia fiat tantum in quibusdam personis Præteriti, ideo spe-

cialiter eam explico in Tempore Præterito, cap 13. Ex priori autem anomalia convenit cum Verbis Defectivis primâ ה, cap 17.

Ex Verbis quatuor aut quinq; literarũ duo sunt Quiescentia, à quibꝰ tantùm extant, וַיִּמְאָסֵהוּ Et everrã eam, Jes. 14, 23. יִפְרְפוּהָ Pulchrior effectus es, Ps. 45, 3. quorum illud ad Præteritum Pihel, Verborum Quiescentium tertiâ א cap. 30. hoc verò ad Pyhal Quiescentium tertiâ ה pertinet. c. 34. Reliqua omnia ad Pihel & Pyhal Verborum perfectorum refero cap 14. Hoc itaq; modo nihil eorum quæ Grammatici prolixè, fusè & confusè in Verbis prôponunt, à me omittitur, sed omnia rectiùs disponuntur, singulaq; suo loco dextrè, ad laborem in discendo minuendum proponuntur.

In paucis quoq; aliis à vulgato Grammaticorum ordine discessi. In Nominibus casuum distinctio non eo modo hîc ponitur, ut vulgò Literam ה Genitivi, מ Ablativi notas & quasi Articulos faciunt. Atqui ה omnibus casibus præponitur: מ autem æquè sæpè Ablativo apud Hebræos præfigitur, atq; apud Latinos *Ab hoc* vel *Ab hac*. Quorsum ergo hæ notæ, quæ in usu sunt ignotæ? In Verbis Participium *Pahul*, quod vulgo contra omnem ordinem, in forma Activa (exceptâ conjugatione Kal) ponitur, in formam passivam reposui, cùm & significatione & formatione à Præterito passivo descendat. Infinitivum simpliciter propono, Gerundiorum quæ appellant formâ omissâ. Nam literæ בכלאמ, per quas Gerundia formari dicunt, Præpositiones sunt, quarum cum

Verbo

Verbo Infinito ſtructura ad Syntaxin pertinet. Neq; enim ſimpliciter Gerundia formant, ſed inſignes Hebraiſmos, & periphraſin Temporum Modi Conjunctivi efficiunt.

Porrò qui ultra hæc generalia præcepta, ad ſpeciales obſervationes progredi cupit, & uberiorem linguæ hujus uſum, & in loquendo elegantiam penitius & perfectiùs cognoſcere, eum ad Theſaurum noſtrum Grammaticum remittimus.

REGULÆ DE THEMATE

facilè inveſtigando & cognoſcendo.

FRuſtra diſputatur de ſenſu alicujus loci, cùm verba ejus non intelliguntur. Verba ut rectè intelligantur, ad thema ſive Radicem veniendum eſt, ejusq; genuina ſignificatio & uſus ex Lexicis, & locorũ aliorum collatione perquirendus. Thema autem propter frequentes anomalias, non ſemper in conſpectu eſt: unde factum, ut Grammatici regulas aliquot de inveſtigando eo annotarint. Has etiam in gratiam eorum, qui minùs in Grammaticis exercitati ſunt, aſpergere hoc loco placuit.

Thema ſive Radix apud Hebræos ex tribꝰ communiter cõſtat literis, rariſſimè ex pluribus Quæcunq; præterea literæ ad thema accedunt, vel conſignificant ei aliquid, vel formationi & flexioni ejꝰ inſerviũt, unde *ſerviles literæ* in genere appellãtur. Hæ itaq; rurſus à themate ſeparandæ ſunt. Unde

1. Si abjectis ſervilibus literis, tres remanſerint, eæ thema conſtituunt: ut פָּקַד Viſitabo, à פָּקַדְתִּי,

2. Si duæ, ac prior earum dageſſata ſit, tum dageſch

geſch illud communiter in primam radicalem ב, rarius in ו, reducendum eſt: ut מְבַגֵּשׁ à אָבַגֵּשׁ: à תְּצִיב: à נָצַב. At אֶקַּח Accipiam, תִּקַּח Accipies & reliquæ perſonæ, ſunt à לָקַח: item נִתְּעוּ à לָתַע.

3. Si duarum remanentium poſterior degaſſata ſit, tunc ea geminanda eſt: ut סַבּוּ Circumdederũt, à סָבַב. Excipe *primò*, ſi degeſch illud fuerit characteriſticum conjugationis, quod ex forma cognoſci poteſt, tum poſtponendum erit ה; ut גָּלוּ à גָּלָה, *Secundò*. Nomina, חִטָּה Triticum, quod eſt à חָנַט: *item* אַף Ira, בַּת Filia, quæ cum Pronominibus compoſita, recipiunt dages, quod in ſecundam radicalem ב reſolvendum eſt. Nam ſunt ab אָנַף & בָּנָה.

4. Si duarum remanentium natura degeſſata ſit, tum præponendum ו vel נ, rariùs א: vel interponendum ו, aut poſtponendum ה, & rariſſimè א: vel ultima geminanda.

5. Si abjectis ſervilibus unica tantùm litera radicalis remaneat, tum præponendum נ vel ו & poſtponendum ה. Excipe תֵּת Dare, quod eſt à נָתַן: item quaſdam voces Præteriti à מוּת Mortuus eſt, & שׂוּם Poſuit: ut מַתָּ Mortuus es, שַׂמְתָּ Poſuiſti, &c. quæ ſecundam & tertiam radicalem amittunt, ut cap. 13. explicatur.

Quicunq; verò bonus fuerit Grammaticus; is Regulis his aut ſimilibus opus non habebit.

LAURENTI PHRIDI

DE LINGUÆ HEBRÆÆ STUDIO, MONITUM.

Scire prophana quidem sanctũ non credo prophanum,
Si non illotâ mente prophana legas.
Non impurè puto purũ monumenta sophorum,
Et non immundũ omnia munda reor.
Quæ res humanas agitant, non mordeo, linguas,
Præpono reliquũ Sanctum idioma tamen.
Ethnica quũ damnas? modò sacrũ ethnica jungas,
Hic scopus, hæc studiũ sit Cynosura tuũ.
Aſt ô Christigenæ præcordia barbara cœtus,
Hæc ut suſpiciant, illáq; deſpiciant.
Quò præceps fertur ſtudium? nimis impia curâ
Quò ruit, ut ſpernant ſacra, prophana colant?
Ethnica ſi qua Venus, ſi quæ ſit mellea Pitho,
Hæc fluet in ſenſus blanda Thalia tuos:
Hæc Pandoræ capit, verbũ excompta prophanũ,
Incautas mentes Circea pocla movent.
Si commentitio proſtaret fabula ſocco,
Si tragicæ pompæ, denſa caterva volat:
Si totũ nervũ humanas excolũ artes,
Si linguũ hominum tantũ habetur honos:
Cur hæc linguarum princeps reginaq; ſola,
Sola velut nobis ſordida negligitur?
Quæ ſigmenta docet, furioſi μῆνιν Achillũ,
Claudos Vulcanos, fulmina bruta Jovũ;
Quæ ficto verſu κορυθαίολον Hectora narrat,
Aut Helenam pangit, Mercurios, Veneres;
Quæ varios fucos & fumos vendit inanes,
Quæ picturato carmine ludificat:
O quanto plauſu, quibus hæc amplectimur ulnis?
Quiſq; ſuo blandum pectore pirus alit.

In-

Incantant animos gentili voce Sirenes,
Dementat philtrũ Græca Medæa suũ.
At Sacra Lingua sacris cur sic deformis habetur?
Cur sic à sanctis putida despuitur?
Ethnica cùm regnent, divina ab pulpita frigent;
E sacris nostrũ sola prophana tonant.
Sive legas Græcè. te stipant mille legentem,
Sive Latina legas, prompta juventa venit.
Judaicæ *solùm mœrent, lugentq; cathedræ,*
Hasce scholas vix, vix unus & alter adit.
Hùc pauci reptant, rarò, vergentibus annis,
Verbi præcones, parciùs, idq; senes.
Linguarum mater simplex, verecunda, modesta,
Casta, severa, gravis, nil trivale loquens;
Quæ volat in cœlum superas evecta, per auras,
Quæ sacro altisoni considet ore Patrũ;
Non Pythicos tripodes, non Delphica somnia jactans,
Ast Evangelii dicta sacrata canens;
Numinis æterni mysteria condita pandens,
Terrea non redolens, cuncta sed alta sonans;
Hæc quid commerita est, ut sic intacta jaceret?
Solaq; cur procos non habet ista suos?
Discendo reliquas totos consumimus annos,
Has nugas manibus volvimus assiduis:
Quis sopor hic tantus nobis, gravis unde veternus?
Unde hæc Musicolis nausea oborta togis?
Hirsutam clamant, dumis squallere, refertam
Spinis, & spissis sentibus horridulam.
Qui dedit os homini, qui vocem, plectraq; linguæ,
Illerudis populo dicitur esse suo?
Rhetoricæ Doctor, Logices fons atq; magister,
Nobis facundus hortus & asper erit?

Has

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0029
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0030
DFG

Hac protoplastum Adam primæva stirpis origo,
Hac usi Patres, Angelicusq; chorus:
Hac Moses Leges scripsit, prognostica Vates,
Hac Linguâ Hebræâ dulcisonoq; lyrâ:
Hac David Psalmos cecinit, Proverbia Schlomo,
Cœlesti citharâ dulcisonoq; modo:
Hac olim Christus, lux & sapientia Patris,
Subjecit fræno ferrea colla suo:
Suasit, persuasit, fures & scorta vocavit,
Hac surdos traxit, saxaq; perdomuit:
Hac Pater ore suo quondam est oracula fatus,
Et censenda tamen barbara lingua Dei?
Dulcius an nobis cæcum resonabit Homerus,
Quàm sanctus sancto Spiritus eloquio?
O teneras aures, doctas nimis atq; disertas,
Ut quibus indoctus creditur esse Deus.
Unde hæ delicias? quorsum fastidia tanta?
Cùm stomachos tantus provocet illecebris?
Non sic inculta est, flores habet atq; figuras,
Multùm melliflui tota respersa tropi.
Cultior haud Cicero Latialis gloria linguæ,
Non Demosthenicus gratior ille lepos.
Si facilem quæras, levior non altera lingua;
Nulla tuos tardat longa salebra pedes.
Sunt paucæ voces, has unus devorat annus,
In reliqui Babylon cernitur, atq; chaos.
Si tibi linguarum placeat grandæva senectus,
Prima fuit terris, ultima forsan erit.
Nec jussit Dominus specus lustrare Platonis,
Sed nec Lycæum soli vagamq; Stoam:
Non Tusculani Romana vivaria campi,
Quin neq; Cecropii roscida mella soli:

AB,

Aſſ. Scrutare, *inquit*, Scripturas quærito Moſen,
Ex Iſraëlis fonte petantur aquæ.
Ergo linguarum cum dux ſit prima q3 radix,
Ex qua vulgares, Græca, Latina fluant.
Cùm non ſit variùm multùm ſinuoſa Meandrù,
Sed levù & ſimplex, clara, diſerta, brevù:
Nec nodos habeat, ſed tollat, dogmata ſolvat,
Obſcurù lucem præferat atq3 facem:
Non pudeat ſanctos ſanctam didiciſſe Camœnam,
Nativúq3 ſuù Biblia *ſcire tonù:*
Diſcamus breviter linguam, quæ Sancta *vocatur,*
Sanctè, commentù undiq3 ſepoſitù.
Dulciùs ex ipſis hauritur fontibus unda,
Oreq3 divino puriùs imbibitur.
Non arcere decet pueros, non pellere quemquam,
Sunt arcana più omnibus expoſita.
Hæc non Rabbinù tantùm, non obvia clero,
Sed patefacta bonù, ſed reſerata più,
Nec pudeat claros, inopes, juvenesq3 ſeneſq3
Cauſidicum, Medicum, Rhetora, Grammaticum,
Æternas noſtræ Tabulas verſare ſalutù,
Cœli theſauros ſcire, ſuumq3 Deum.
Non hù fomentù Meſſiæ nomine tincta
Fraudetur pubes, ſanctificoq3 cibo:
Sic ethniſſarent mediù in gentibus orti;
Non hoc lacte ſuos Turcica terra nutrit.
Alme Deus pellas has noſtri temporis umbras,
Tuq; tuumq; malo promicet orbe jubar:
Diſcere te doceas, dediſcere cætera præ te,
Scire nihil niſi te; nam tua ſcire ſat eſt.

EPI-

EPITOME GRAMMATICÆ HEBRÆÆ.

CAPUT I.

De Literis.

GRAMMATICA est ars benè loquendi, Hebræis Hebraicè.

Partes ejus duæ sunt, *Etymologia* & *Syntaxis*.

Etymologia est prima pars Grammaticæ, quæ *vocum singularum* proprietates explicat.

Vox est nota, quâ unumquodque distinctè notatur: fitque ex *Syllaba*, unâ vel pluribus.

Syllaba est sonus vocis integer, cujus partes sunt *Litera* & *Vocalis*.

Litera est, quæ cum vocali sonum integrum edit, unde & *Consona* dicitur.

Literæ sunt viginti duæ, omnes Consonæ:

Nomen.	*Figura.*		*Potestas.*	
Aleph	א	1	(')	*Spiritus tenuis.*
Beth	ב	2	bh	*lenioris soni quàm* בּ.
Gimel	ג	3	gh	*soni Germanis incogniti.*
Daleth	ד	4	dh	
He	ה	5	h(')	*Spiritus asper primus.*
Vau	ו	6	v	*Consona fortior quàm* בּ.
Sajin	ז	7	ſ	*lenissimum.*

Heth	ח	8	h	*Spiritus asperior.*
Teth	ט	9	t	
Jod	י	10	j	*consona.*
Caph	כ	20	ch	χ *Græcorum.*
Lamed	ל	30	l	
Mem	מ	40	m	
Nün	נ	50	n	
Samech	ס	60	ſ	*acutum.*
Hajin	ע	70	h	*Spiritus asperrimus.*
Pe	פ	80	ph	φ *Græcorum.*
Tzade	צ	90	tz	
Koph	ק	100	k	κ *Græcorum.*
Reſch	ר	200	r	
Schin	שׁ	300	ſc	*vel* χ *aut* ſch *German.*
Sin	שׂ		ſ	*acutum ut Samech.*
Thau	ת	400	th	θ *Græcorum.*

Litera שׁ irreptitia eſt, non originalis, partim ex prava prolatione שׂ nata, partim pro ס poſita.

Quinq; in fine vocum aliter ſcribuntur, unde literæ *Finales* vocantur: nempe כ מ נ פ צ

Finales, ך ם ן ף ץ

Diſtribuuntur ab Hebræis in quinque ordines, juxta quinque organa, quæ diſtincta ſingularum prolatione occupantur.

אהחע Literæ gutturis ſive Gutturales, quia ſpiritum valent, qui in gutture formatur.

דטלנרת Literæ linguæ ſive linguales.

גיבק

569

Quando geresh ? ? ג.

Tantum in ֹ . ֻ . ִ et ר quando immediate sequ. ו v.g
דְּבָרָיו verbum ejus עֵינָיו oculi ejus

Obs.

ג precedente ד et sequente ו mirum plane abiit v.g
עֵינָיו oculi ejus. עֵינָו

ג precedente : vel et abjiciendum vel dicendum appositum ee mu-
te Syrorum Perlim in Eda feminina Praeteriti e.g.
שָׁמְעָה . אָזְנֶיהָ

ר post Schevam et cholem vere movet quoteng occupet vi-
cem דָּגָשׁ e.g. גֵּר gens.

אֹהֲלֵי תֵּימָן Sunt et literae lat. gdam dilatabiles ut q complementi vel ornatus gratia adhibeant.

אהוי

Qyd fiat gerere? R. gerere & s. ctur, sfere, quando litere אהוי vl. primam vocalem amittunt, vl scham & g ad precedentem syllabam attrahi possent, resumunt. Hinc ideo d dnr gerere, q nim. sep necessario gerant, sed & gerere interdum possint.

Quando gerit א? R.

In medio post 4 posteriores vocales magnas et duas priores parvas. nim. post ◌ֳ ◌ֲ ◌ָ et ◌ֱ

In fine post oēs vocales magnas & segol.

Annotatione

א ante alias vocales & gerit ◌ִ — si nove formationes in fine ante א precedente dg mutandu in ◌ֵ ut ברא ברֵא : ante א in fine expressu ◌ִ stat loco ◌ֵ & sequens א finale debet movere e.g. ברָא ברָאוּ

Quando & vbi gerit ה? R.

Non in medio, sed in fine saltim post ◌ָ ◌ִ ◌ֵ

Observ.

ה ante alias vocales in fine nec occurrit nec regit.

ה finale si nove formationes precedit ◌ִ vere ◌ֵ mutat in ◌ֵ plane abjicit et ◌ָ mutat in ◌ָ

Quando ו gerit? R.

In scheva & chole- tive. vl. cum plane abjicit

Obs. ◌ֻ ante ו legit ut ◌ֻ ◌ֵ ◌ָ pro ◌ָ ante ו legit ut chole- v.g. שׁמֹר ◌ֵ chiriq ante ו notat, q ו sit ◌ִ plongatum, ut הוֹלִיךְ

גיכק Literæ palati sive palatinæ.
זסצרש Literæ dentium sive dentales.
בומף Literæ labiorum sive labiales.

Hinc consectarium, usus in omnibus linguis celeberrimi: *Literæ unius organi facilè inter se commutantur.*

Literæ אהוי sæpè consonarum valorem amittunt, & otiosæ, quoad pronunciationem, in voce existunt, quod Hebræi dicunt *Quiescere*, & inde *Literæ quiescentes* tunc vocantur. Vulgò אהוי *Ehevi*, sive יהוא *Jehu* memoriæ causâ appellantur.

CAP. II.

De Vocalibus.

VOcalis est, quæ per se sonum edit: estque *Propria* vel *Impropria*.

Propria, quæ semper vocalis est: estque *longa* vel *brevis*.

Longa, quæ producto sono effertur: estque *quintuplex*.

Brevis, quæ correpto, & est itidē *quintuplex*: ut

Longæ.	*Breves.*
Kametz ָ A obscurū quasi cū O mixtum, ut in Germanicis, Abend Vespera: Samen Semen: Schmach Ignominia.	*Pathach* ַ A clarum, ut in Vatter Pater, Samlen Colligere, Dach Tectum.
Tzere ֵ E purum &	*Segol* ֶ E impurum

ſiccum, Ehr Honor, Lehr Doctrina.

Chirek longũ ִי I, ihr Vos, Ihnen Ipſis, Glider Membra.

Cholem וֹ וֹ O, Ohr auris, Sohn filius, Todtmors, geboren natus.

Scburek וּ U, Vnſer noſter, Vnſchuldig innocens, geſund ſanus, Mund Os.

& dilutum, ähr Ariſta, lär vacuum.

Chſirek breve ִ I, Irren errare, Sinn ſenſus, gelitten paſſus.

Kametz-chatuph ָ ָ O, Ort locus, Soñ ſol, Trott torcular, kommen venire.

Kibbutz ֻ ו vel ר, Sünde peccatum, verführen ſeducere, Vnglück infortunium.

Quomodo figura Kametz-chatuph (ָ) à Kametz longo diſcernenda ſit, cap. 4 & 5. patebit.

Cholem etiam ſæpiſſimè per puncta literæ וֹ & ו deſignatur, ita ut punctum illud ſimul & literam notet, & pro vocali uſurpetur. Fit hoc in וֹ, quando præcedens litera vocali caret; in ו, quando ea ipſa nullum aliud punctũ vocale adjunctum habet. Quandoque etiam eadem litera utrinque punctum geſtat, ſic וֹ, quorum alterutrum pro Cholem ſumendum, ut infrà cap. 4. patebit.

Impropria vocalis eſt, quæ vel non ſemper, aut non omnium literarum vocalis eſt: eſtq; *Simplex* vel *Compoſita*.

Simplex dicitur *Scheva*, & duobus punctis perpendicularibus literæ ſubjicitur, ְ, valetq; E breviſſi-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0041
DFG

vissimum, quale in bezahlt/ gestrafft/ quod rapidè effertur quasi bzahlt/ gstrafft. Vulgò vocatur *Scheva mobile*. At 1. *post vocalem brevem*, 2. *post longam accentu notatam*, 3. *in fine dictionù geminum*, vocalis naturam deponit, docetq; tantùm, consonam suam esse cum præcedenti in unam syllabam conjungendam. Hinc appellatur *Scheva quiescens* sive *mutum*.

Composita est, quæ constat ex Scheva & vocali brevi; estque *triplex*:

Chateph-pathach ֲ A)
Chateph-segol ֱ E) *celerrimæ pronunciationù.*
Chateph kametz ֳ O)

Hæ propriæ literarum gutturalium sunt, quibus adhibentur loco Scheva simplicis, commodioris pronunciationis causâ. Impropriè & irregulariter aliæ literæ alphabeti eas possident.

Quando (ה) sit vel Kametz chatuph, vel Chateph kametz, vide cap. 4. & 5. Hæ quatuor autem in genere vocantur *Vocales brevissimæ*.

CAP. III.

De *Dagesch & Mappik*.

VEntri literarum inscribitur punctum, pronunciationi ipsarum inserviens, diciturque vel *Dagesch* vel *Mappik*.

Dagesch duplex est: *Lene* vel *Forte*.

Dages lene est, quod sex literas בגד כפת per se aspiratas, facit tenues, aspirationem ab iis tollen-

do: ut, בַּ ba, בָּ ge, דִּ di, בֹּ po, תּוּ tu. Fit hoc 1. *ab initio dictionis*, si præcedens dictio non terminetur literâ qviescente aut vocali longâ: tunc enim aspiratæ manent, qvod ipsum tamen etiam exceptionem habet, ut traditur cap. 5: 2. *in media dictione post Scheva qviescens*. Attamen & hîc sæpè aspiratæ manent, qvod specialis est observationis. Hæ literæ vulgò memoriæ causâ *Begad-Kephat* vocantur. Olim autem, qvando aspiratæ essent, notabatur super illas virgula transversa, qvã *Raphe* vocabant, unde *Litera raphata*, id est, aspirata. Exempla vide Exod 20. vers. 9. 13. 14. 15. In impressis libris aliâs planè exolevit.

Dagesch forte est, quod literam pronunciatione geminat. Habet locum in omnib. literis, exceptis gutturalibus & ר A sex præcedentibus בגד כפת etiam aspirationem tollit, ut ipsum dagesch lene. Est autem dagesch in illis forte, quandocunq; nõ præcedit Scheva: tunc enim tantùm in illis lene est, ut dictũ. Literæ gutturales אהחע & ר, ad indicium & complementum excluſi Dages, præcedentem vocalem brevem plerumqve in longam convertunt, ut cap. seqventi videbitur.

Mappik est punctum, qvod literę ה & ם inscriptum, docet eas genuino suo sono efferendas, qvę sine eo qviescerent. Literæ ה inscribitur in media dictione post Chirek, & literæ ם in fine vocis tantùm, ut cap. seqventi fusiùs declarabitur.

CAP.

1. Lit: antu ō gerest. Et sic diphthongi cerentes nihil hic impediunt, aut removent. E.G. דִּרְכֵי בְּגֵלוּת גֵּלָה scil in abductione, à radice Vnde et post Nomen יהוה in literis בגדכפת occurrit Begeseth Lene, ideo legendum אֲדֹנָי

ab initio

NB. Begeseth Lene ponitur in literis בגדכפת etiamsi sequatur lit: gerens, in sequentibus certis casibus, quando nimirum

2. Gerens, notata ē accentu Regio, ut sunt; Imperatores, Reges, Duces V.G. וַיְהִי בַּיָּמִים

3. Gerens, post se habet vl. eandem, vl. cognatam, s. quando lit: Begadkephat (cui lit: gerens) præcessit; et ista dagheschan lenitter ō debent) alia, ejusdem ordinis, s. e. ex begadkephat. litera immediate sequ. V.G. בב, כב, גד, דד, ככ, גג, בג etc: Vbi simul NB

sc. lit: Begadkephat prima, debent sub se habere(:)

NB. gr. Kimchi quædam loca excipiat: nim: Ex 1 Sam: 10,18, Ps 142, 17. Zeph: 33, 7. quæ duo addit, quæ a Masoretis ō sunt notata Gen: 40, 10 Zach: 2, 14.

3. בכ, בר, כד hoc privilegio ō gaudent V.G. אוֹבְדִי, q. sciat separatum, i.e. particula separata. Quo etiam refert בד E.G. יְהוָה בְּפִי

4. Ipsa ima lit: 3tiæ factæ, rapsatæ (absente autem Begeseth Lene Rapsata dicit lit: Begadkephat: et hujus rationem reddit). V.G. וַיִּשְׁבְּעֵנִי כַּדְּרֹךְ

5. Vox præcedens ē Milbel: vid: Gen: 12, 12

6. Prima lit: habet Rejectivum, s. vocalem Regiam Buxt: pag: 609. V.G. וְהָיְתָה בַּבֹּקֶר

2. natum ē ex ר vl. ל vl. י imperativi aut futuri tivi v.g. עֲלֵכִי

2. ita ē, q. præcedens sequens compositum mutatum sit in mediam partem e.g. נַעֲמָדָה

Quo manent affirmata quæ do scen

3. ת ante se lit. paragogicam (q. et ן vl syllabam וֹת non tot recidit) v.g. יְלָדוֹת

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0046
DFG

CAP. IV.

De Syllaba & legendi ratione.

SYllaba est consonæ & vocalis, in unum sonũ conjũctio. Consona syllabam semper inchoat, à dextra versùs sinistram.

Syllaba est *Simplex* vel *Composita*.

Simplex. qvæ ex una consona & una vocali constat: ut אֵלִי *E-li*, הָיִתִי *ha-ji-thi*, שָׁנָא *so-ne*, ubi punctum literæ שׁ simul & literæ & vocalis nota est, qvia ea litera aliud punctum vocale adjectum *se.* שְׁ non habet: שֹׂנֵא *sebo ne*, ubi posterius punctum suprà literam שׂ necessariò per cholem legendũ: ut בְּרָאתִי *ba-ra-thi* ubi בּ habet dageschlene, ideoq; valet nudum b, & א in medio qviescit: קוֹבֵךְ *Kove-cha*, ubi superius punctum ad ק pertinet, non autem ad ו, qvia ea propriam vocalem Sægol subjectam habet, cum qva, ut consona, effertur. Porrò literæ vocali hîc destitutæ, qviescunt, nec tamen propterea otiosæ aut superfluæ sunt, sed pertinent ad substantiam & essentialem formam vocis, qvæ sine illis non esset integra.

Composita est, qvando plures consonæ in unam syllabam conjungũtur. Fit hoc in universum per Scheva simplex, & sub gutturalibus per Scheva compositum. Hæc enim puncta per se statam & separatam syllabam nunqvam efficiunt, sed suas consonas aliis adjungunt: ut, פְּרִי *peri*, qvasi *pri*

non divisim *pe-ri*, & sic semper efferendum Scheva quando vocale est: יְבָרְכוּ *Jebha-rechu*: הִפְקַדְתִּי *hiph-kad-ti*, ubi Scheva post vocalē brevem quiescit, & ת post Scheva quiescens cum dagesch leni notatum, per nudum T efferendum, ut anteced. cap. dictum תּוֹחְתִּירָה *tach-ti-ja*, ubi ר cum Mappik post Chirek notatum, per consonam efferendum est, cùm absque eo quiesceret, quippe vocalem longam constituens, & sic etiam ultima syllaba â vocali Kametz inciperet, quod contra regulam est in principio capitis traditam. Sic Mappik in ה vocis אִישָׁהּ *I-schah*: etsi Judæi Mappik in hac forma, præcedente Kametz, negligant, & simpliciter pronuncient *Ischa*, ה quiescente, quod sine dubio vitiosè fit.

Literæ ultimæ vocum rarò cum Scheva notantur: ut in his, בָּרַךְ *ba-rach*, שָׁאַלְתְּ *scha-alt*. Semper autem præcedenti adjunguntur: ut, שֻׁלְחָן mensa: לֶחֶם panis.

ח & ע in fine vocis sæpè sub se assumunt Pathach, quod ante eas pronunciatur: ut, מִשְׁיחַ *maschiach* יָרוּעַ *ja-dhuah*. Vulgò vocatur פַּתָּח גְּנוּבָה *Pathach genubha*, id est, furtivum.

ה cum Mappik id aliquando imitatur: ut, אֱלֹהַּ *eloah*, Deus, מַגְבִּיהַּ *magbbiah*, exaltans.

Gutturales nunquam admittunt Scheva vocale, benè quidem Scheva mutum. Aliàs Scheva compositum ipsarum proprium est, ut dictum:

ut,

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0049
DFG

ut, חַבּוּ *habbu*, אֱמוּנָה *emu-nah*, חֳלִי *Choli*. Hinc
„ præcedens litera communiter susscipit eam voca-
„ lem brevem, quæ sub gutturali est cum Scheva
„ composita, quod vulgò dicunt, *Litera gutturalis*
„ *punctat se & præcedentem*: ut, אַחֲבוּ *a-habba*
בֶּאֱמוּנָה *be-emu-na*; at Kametzchatuph hîc sem-
per per nudum Kametz scribitur, quod ex præce-
denti regula per O legendum: ut, אָחֳלוֹ *o-holo*.
Crasis בֵּאלֹהִים pro בֶּאֱלֹהִים in Deo: ut, לֵאמֹר
pro לֶאֱמֹר Dicere: לַאדֹנָי pro לַאֲדֹנָי Domino
meo. Sic לֵיהוָה quod legendum לַאדֹנָי.

Porrò duæ vocales breviſſimæ continuò legi nunquam poſſunt, unde nec duo Scheva ab initio vocis ponuntur, nec poſt Scheva compoſitum Scheva ſimplex in media voce unquam ſequitur,
„ Attamen analogia vocum utrumq; ſæpè poſtulat,
„ & tunc, ſi duplex Scheva ab initio concurrit, pri-
„ us mutatur in Chirek, aut Patach vel Sægol ſub
„ gutturali: exempla vide cap. 13. ad Imperativum & Futurum Kal, & ſic deinceps per totum librũ. Sed & alterum Scheva, ſi ſub ר fuerit, tollitur: ut, בִּיהוּדָה *bi-hu-da*, pro בִּרְהוּדָה. Si in media dictione poſt Scheva compoſitum ſequatur Scheva ſimplex, tunc compoſitum reſolvitur vel in ſuam brevẽ, aut in nudũ Scheva: ut, תַּחֲרֹגוּ *ta-har-gu*. יֵאָשְׁמוּ *je-ſi-hemu*. Sæpè tamen etiã ſolâ euphonię causâ Chateph-pathach & Chateph-ſægol mutantur in Scheva: ut, יֶהֱגֶה *je-ge*, pro יֶהְגֶּה.

Dageſch forte ſyllabæ compoſitæ facit quoddam compendium: ut, הַגַּשׁ *hyg-gaſch*, pro חַגְגַּשׁ. Hinc *Schevа poſt vocalem brevẽ, ſub litera dageſſata, vocale fit*: ut, גִּלְלְתָּ *gil-letha*, pro גִּלְלַתָּ. Dageſch autem ex gutturabilus & ר excidens, plerumque præcedentem vocalem brevem in longam convertit: ut, בֹּאר pro בְּאֵר. Dageſch forte, etiam ex litera ſchevata, euphoniæ causâ ſæpè excidit. ut ſuis locis videbitur.

Denique *diphthongorum* doctrina ſyllabæ compoſitæ affectio quædam eſt.

ו & י poſt Kametz, Tzere & Chirek in fine vocum, vocalis quodammodo naturam induunt, & cum vocalibus iſtis in diphthongum coaleſcunt: ut, עֵשָׂו *Eſau*, שָׁלֵו *ſchaleu*, פִּיו *piu*. Judæi tamen in his nullam dipthongum agnoſcunt, ſed ו ut conſonã f proferunt, *Eſaf*, *ſchalef*, *pif*. י tripliciter diphthongũ facit: ut, פָּנַי *panai*, גּוֹי *goi*, גָּלוּי *galui*. Attamẽ & hîc à quibusdam dubitatur. Irregulare eſt יְרוּשָׁלַיִם, quod ſcribendũ & legendũ יְרוּשָׁלִַם *Jeruſchalajim*, ex Jerem. 26, 18; item יְרוּשָׁלַמָה quod legendum יְרוּשָׁלִַמָה ex 2. Paral. 32, 9.

CAP. V.

De Accentibus.

VOcis communes affectiones ſunt *Accentus* & *Notatio*.

Accen-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0053
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0054
DFG

Accentus est nota, quæ vocis sonum convenienter moderatur: estq; *Tonicus* vel *Euphonicus*.

Tonicus, qui ultimam vel penultimam syllabã acuit. Hunc nos rectâ virgulâ ad syllabam acuendam, docendi causâ in hoc libello exprimemus. Vox in ultima habens accentum, vocatur vulgò Chaldaicâ voce מִלְרַע *milra*: in penultima, מִלְעֵיל *milhel*. Tonici sunt vigintiquinque, quorum quatuordecim supra vocem, undecim infra vocem notantur, hoc modo:

Supra Vocem.

1 Paschta.
2 Kadma.
3 Gereschi Teres: Asla.
4 Geraschajim.
5 Telischa ketann: Talischa, Tarsa.
6 Telischa gedola.
7 Karne-Para.
8 Rebhia.
9 Sakeph gadol.
10 Sakeph katon.
11 Sægolta.
12 Paser.
13 Sarka.
14 Schalschelet.

Infra Vocem.

15 Merca: Maarich.
16 Merka kephula.
17 Tiphcha: Tarcha.
18 Munach.
19 Mahpach.
20 Jethif.
21 Tebhir.
22 Darga.
23 Athnah.
24 Jerach.
25 Silluk.

Usus

Kadma & Pascha ita signemus, ut Kadma medio vocis reperiatur, Pascha vero in fine vocis
Mahpach & Jethif ita, ut Jethif solum in medio vocis, Mahpach vero in reliqua omnia reperiatur.

Usus horum triplex est: 1. designant *musicam*, sive rationem cantus apud Judæos: 2. *legitimam pronuntiationem* cujusque vocis, in syllabæ alicujus elevatione: 3. *Distinctionem sententiæ* in certa membra. Primus usus Judæis relinquitur. De secundo hic observetur.

1. *Quæ syllaba accentu tonico notata est, ea acuitur.* Excipe *Telischa-gedola*, qui primam vocis literam semper occupat; *Tiphcha*, quando in Jobo, Psalmis, & Proverbiis initio vocis ponitur: item *Pasta*, *Telischa Ketanna*, *Segolta*, *Sarka* qui ultimæ vocis literæ semper adhærent, nec tamen eas syllabas semper afficiunt. Quæ autem syllaba cum illis acuenda sit, id ex analogia flexionis, & proprietate vocis sciendum est.

2. *Ejusdem accentus in eadem voce geminati, prior syllabam acuit*: ut, תֹהוּ tóhu.

3. *Diversorum in eadem voce accentuum posterior acuit, prior euphoniæ inservit*: ut, וְחֲצִים vechá-etzim.

4. *Accentus tonicus vocali longæ additus, Scheva sequens constituit quiescens*: תַּגְלְגַּל tagelna.

Tertius usus ad Syntaxin pertinet, quæ docet orationem in sua membra rectè distinguere. Sic autem distribuuntur in *Ministros & Reges.*

Ministri sunt, qui orationem continuant & promovent ad commodum membrum: suntq; octo, *Munach, Mahpach, Merca simplex, Merca duplex, Darga, Jerach, Kadma, Telischa-ketanna.* Re-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0057
DFG

Reges ſunt, qui ſpiritum vel leviculè ſuſpendũt, aut pleniùs ſiſtunt deponuntq;, & ſermonem aliquo membro incîdunt: ſuntq; ſeptendecim reliqui, *Silluk, Athnach, Rebhia, Sakeph-katon, Sakeph-gadol, Sægolta, Sarka, Gereſch, Geraſchajim, Paſta, Paſer, Schalſcheleth, Teliſcha-gedola, Karne-para, Tiphcha, Tebhir, Jethiſ.* Ex his cõmuniter ad Comma ſive Inciſum adhibẽtur *Rebhia* & *Sakeph-katon*, & in verſibus longioribus *Sægolta*: ad Colon, *Athnach*: ad Periodum ſive Verſum abſolvendum, *Silluk*, quem & *Soph-paſuk* vocant. Hi, ob pleniorem ſpiritus in pronunciando depoſitionem, dicuntur *Pauſæ*, quarum in immutandis vocalibus non exigua vis eſt, ut in fine hujus libri oſtenditur. Hîc obſervetur & iſta Regula: *Litera* בגד כפת *Begad-kephat poſt vocẽ vocali longâ aut literâ quieſcente finitam, ac quolibet accentu rege notatã, Dageſch lene accipiũt*: ut, אֲשֶׁר אִתּוֹ בַּתֵּבָה Et quicquid erat cum ipſo in arca. Gen. 7, 23. Aliâs ſic aſpiratæ manent, ut dictum cap. 3.

Euphonicus eſt, qui tonico præmiſſus, ſuaviorẽ pronunciationem efficit. Is unicus eſt, & *Metheg* dicitur, rectaq; virgula ſub litera notatur. Ejus uſus eſt, ut vocalem, cui adjunctus eſt, decorè ſuſpendat: ut הַיְתָה hájethá. Vocalibus longis ante Scheva addi ſolet: unde *Kametz ante Scheva abſque Metheg, breve eſt*, id eſt, Kametz-chatuph: ut, חָכְמָה *Chochmá*; at cum Metheg חָכְמָה *Chácheмá*

má. Additur etiam ſemper vocalibus ante Schéva compoſitũ: ut, יַעֲשֶׂה *Jahasé*: יֵאָסֵף *Jéeſóph*. Metheg ſæpè mutatur in accentum tonicum, unde ſuperior regula tertia nata eſt.

Duplex porrò hîc euphoniæ ſpecies eſt: *prima*, accentus tonici ablatio. Tunc duæ plurésve voces virgulâ transversâ conjunguntur, ut cũ poſtremę vocis accentu venuſtâ pronũciatione coaleſcant. vl. tres vid. Tf. Gramm: Buxti p. 92

Virgula iſta vocatur *Makkeph*: ut, וְאֵת־בֶּן־זֹאת *veaph-gam-zóth*, Levit. 26, 44. *Cholem* & *Tzere* ſequente conſonâ mobili in fine vocis, ante Makkaph corripiuntur; illud in Kametz-chatuph, hoc in Sægol: unde iſta regula: *Kametz ante Makkaph breve eſt*, id eſt, Kametz chatuph: ut כָּל־ *col*, אֵת־ *eth*, אֶל־ *el*, יָקֹם־ *Jakom*, quæ accentu proprio notatæ, ſcribuntur, כֹּל, אֵל, אֵת, יָקוֹם.

Secunda, accentus trajectio. Nã vox monoſyllaba aut bifyllaba penacuta, ſæpiſſimè rejicit accentum præcedẽtis dictionis ex ultima in penultimã, unde Cholẽ & Tzere rurſus corripiuntur, ut antè. Hinc iſta regula: *Kametz ultimæ ſyllaba, ante conſonam mobilẽ accentu deſitutũ, breve eſt*, i.e. Kametz chatuph, ut, וַיָּקָם לָךְ *vejakom-lach*, Job. 22, 28.

Cæterùm in Jobo, Pſalmis & Proverbiis, alia quàm in aliis libris biblicis accentuum ratio eſt, cujus modus hactenus ab Hebræis nondum ſatis explicatus.

Diffe-

Maccaph, q̃ Oppo-
situm h̃ Metegi, ẽ
Virgula d̃ns ante
se accentum tonicum,
sed cogens 2 vl. 3
voces sub unũ accẽt:
toni: cujꝰ not:

In. & ex ratio-
ne generalis
mutationis



Differentia inter Kametz longum & Kametzchatuph sive breve & Chateph-Kametz sive brevißimum.

Kametz-chatuph nunc per nudam figuram Kametz longi (ָ) describitur, nunc per præposita duo puncta (ָ֑) quâ figurâ etiam Chatephkametz notatur. Quando figuram habet nudi Kametz, tunc quadrupliciter ab eo distinguitur.

1. Kametz absque Metheg ante Scheva, est Kametzchatuph, i. e. O breve: ut, חָכְמָה *Chochma*. Excipe Jobum, Psalmos & Proverbia.

2. Kametz absque accentu ante Dages forte, breve est: ut, רָנּוּ *ronnu*.

3. Kametz ultimæ syllabæ accentu tonico carens, ante consonam mobilem, breve est: ut, וַיָּקָם *Vajiakom*. Sic ante Makkaph, כָּל־ *Kol*.

4. Kametz ante gutturalem cum Chatephkametz notatam, breve est: ut, אָהֳלוֹ *Oholó*.

Quando cum duobus punctis scribitur, tunc tribus modis à Chateph-kametz discernitur:

1. Kametz-chatuph post se semper habet vel Scheva quiescens aut dagesch forte: ut רָנְּוּ *Ronnu* קָדְשׁוֹ *Kodscho*: Post Chatephkametz nunquâ sic.

2. Kametz-chatuph omnibus *alphabeti literis* per se subjicitur: Chateph *kametz* propriè gutturalibus tantùm, idque loco scheva, rarissimè & irregulariter aliis literis, additur.

3. Ka-

3. Kametz-chatuph sæpè absque duobus punctis scribitur, & syllabam constituit: Chateph-kametz sine istis nunquam venit, neq; unquam syllabam efficit.

CAP. VI.

De Notatione.

Notatio est, quâ vocis cujuslibet origo inquiritur: idq; *Specie* aut *Figurâ*.

Species est origo vocis *prima*, vel aliunde *derivata*. Illa vulgò *Primitiva*, Græcis Ῥίζα, Hebr. שֹׁרֶשׁ *Radix*, dicitur, & tribus communiter literis constat, quæ dicuntur *Radicales*. Reliquæ, quæ ad Radicem accedunt, appellantur *Serviles*, quòd accidentibus Radicis formandis inserviunt.

Figura est origo vocis *Simplex* aut *Composita*. Simplex, quæ individua in alias: ut, אָב Pater. Composita, quæ in alias dividi potest: ut, אַבְרָם Abram, in אָב Pater, & רָם Excelsus. Compositæ voces Hebræis rariores sunt.

CAP. VII.

De divisione vocũ in genera & species.

Vox est *Declinabilis* vel *Indeclinabilis*.

Declinabilis, quæ in diversos fines flectitur: idq; *Numero* vel *Genere*.

Numerus est, cùm quid de uno vel pluribus effertur: unde est vel *Singularis*, qui de uno, vel *Pluralis*, qui de pluribus usurpatur.

Genus

5550

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0065
DFG

Genus est differentia vocis secundum sexum: estque *Distinctum* vel *Conjunctum*.

Distinctum est vel *Masculinum* aut *Fœmininum*: Conjunctum, quod utriq; sexui commune est, unde & *Commune genus* vulgò dicitur, & nunc in masculino, nunc in fœminino genere usurpatur.

Vox declinabilis est vel *Nomen* aut *Pronomen*, vel *Verbum* aut *Participium*.

CAP. IIX.

De Nomine.

NOmen est vox per numeros generaque declinabilis cum casu.

Numerus hîc etiam *Dualis* est, qui de rebus naturâ binis tantùm effertur, rarò de aliis. Forma cap. sequenti ostendetur.

Genus quomodo cognoscatur, ex Thesauro nostro Grammatico petendum est.

E generis differentia Nomen est vel *Substantivum* vel *Adjectivum*.

Substantivum est nomen generis unius vel communis, sub una terminatione: ut, סֵפֶר Liber. Ad sexum discernendum quandoque etiam in alterum genus movetur. Motio de masculino in fœmininum, fit assumpto ה cum præcedente Kametz & accentu: ut, אִישׁ Vir, אִשָּׁה Vira: מֶלֶךְ rex מַלְכָּה regina.

Adjectivum est Nomen generis duplicis sub du-

duplici terminatione: ut, טוֹב bonus, טוֹבָה bona. Motio hæc in alteram terminationem, Masculini formam sæpè mutat.

1. Kametz penultimæ syllabæ mutatur in Scheva: ut, גָּדוֹל magnus, גְּדוֹלָה magna.

2. Tzere ultimæ syllabæ, si nullum Kametz præcesserit, similiter transit in Scheva: ut, עִוֵּר Cæcus, עִוֶּרֶת Cæca. Præcedente autem Kametz, manet.

3. Terminatio ה tollitur, unde antecedens Kametz immutatum manet: ut, יָפֶה pulcher יָפָה pulchra.

4. Masculina in ר moventur in ה & in ת: ut, שֵׁנִי Secundus, שֵׁנָה & שֵׁנִית Secunda.

Adjectivis, quorum significatio augeri potest, accidit *Comparatio*. At ea non fit diversis gradus absoluti terminationibus, sed periphrasi, unde ex Syntaxi nostra discenda.

Casus est specialis terminatio nominis, sextuplex in utroque numero, Nominativus, &c. At illi non actu, sed potestate hîc sunt, id est, non diversarum terminationum, sed ex structura sermonis: neq; etiam articulis aut notis certis discernuntur (ut tamen vulgò docent) sed omnino ex Syntaxi dijudicandi sunt. ל tamen communiter Dativum, אֵת Accusativum denotat: ה communis omnium casuum articulus est.

CAP.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766744485/phys_0069
DFG

CAP. IX.

De prima declinatione.

FLexio nominis dicitur *Declinatio*, quæ hîc fit tantùm ex Nominativo singulari, in nominativum dualem aut pluralem: estque *duplex*, Prima & Secunda. In his, *Kametz, Tzere, & Sægol penultimæ syllabæ mutantur in Scheva; Sægol ultimæ syllabæ in Kametz.*

Prima declinatio est masculinorum, quæ singulari numero adjicit syllabam ים, unde ו quandoque excidit: ut,

טוֹב Bonus plur. טוֹבִים.
צַדִּיק Justus, plur. צַדִּיקִים.
דָּבָר Verbum, plur. דְּבָרִים.
סֵפֶר Liber, plur. סְפָרִים.
מֶלֶךְ Rex, plur. מְלָכִים.

Quædam flectuntur in ין., ex forma Chaldaica: ut, אַחֵרִין.

Cholem penultimæ syllabæ sequente Sægol vel Pathach, mutatur in Scheva: קֹמֶץ pugillus, Plur. קְמָצִים: Cū gutturali, אֹהֶל Tabernaculū, אָהֳלִים.

Pathach & Chirek (non intercedente dagesch) contrahuntur in Tzere: ut, זַיִת Oliva, Plur. זֵיתִים. Variant hæc, תַּיִשׁ hircus, תְּיָשִׁים hirci sic, חַיִל exercitus, חֵילִים. At à בַּיִת domus, plur. בָּתִּים.

Ultimæ syllabæ sunt & aliæ affectiones.

1. *Kametz* quandoq; convertitur in Pathach & dageſch: ut, אוֹפַן rota, אוֹפַנִּים rotæ.

2. *Pathach* non rarò aſſumit dageſch: ut, הֲדַס myrtus, הַדַּסִּים. At סַךְ facit סַפִּים, & ſic pauca alia.

3. *Tzere* communiter tranſit in Scheva: ut- עִוֵּר Cæcus, עִוְרִים. Quædam commutant illud in Chirek & dageſch: ut, מָגֵן Clypeus, מָגִנִּים clypei: חֵץ, Sagitta, חִצִּים. At Tzere præcedente Kametz manet: ut, זָקֵן ſenex, זְקֵנִים ſenes. Monoſyllaba quædam illud etiam retinent: ut, גֵּר peregrinus גֵּרִים. Excipe בֵּן filius, unde, בָּנִים filii.

4. Cholem interdum corripitur in Kibbutz & dageſch: ut, אָדֹם rufus, אֲדֻמִּים. Itē *Schurek* חָרוּל urtica, plur. חֲרוּלִים. A יוֹם Dies, eſt יָמִים: Sic, רֹאשׁ Caput, רָאשִׁים. Et אֱנוֹשׁ Homo, אֲנָשִׁים

5. Terminatio ה abjicitur, unde præcedens vocalis manet: ut, יָפֶה pulcher, יָפִים. Item רֵעֶה amicus, רֵעִים.

6. Terminatio י communiter tollitur: ut יְהוּדִי Judæus יְהוּדִים. Quædam hujus terminationis mutant Chirek in Kametz: ut, גְּדִי hœdus, גְּדָיִים pro גְּדִיִים. Quædam analoga ſunt.

